

Aduertencias para

Magistro, quod Parochus licet possit Matrimonia inter suos celebrare, non potest tamen cognoscere de causis Matrimonij, puta de celebratione diuortij, quia hoc pertinet ad dignitatem Episcopalem, vt habetur in cap. Accedentibus, de Excessibus Prelat. & sic quo ad hoc potest Episcopus fratribus causas Matrimoniales in hibernere quia virtute huius Breuis Pij. 5. non possunt de hac re cognoscere. Verum est tamen, quod virtute concessionis Adriani. 6. possunt de hac re cognoscere: cum in ea Prouincialibus, & fratribus ab ipsis deputatis concedatur omnimoda potestas. Et similiter Parochus non potest punire delicta, vel ferre Excommunicationem quia non habet iurisdictionem contentiosam. Et per consequens huiusmodi fratres non poterunt id efficere, nisi virtute indulti Adriani. 6. in quo ipsius conceditur, vt dictum est, omnimoda facultas est certis limitationibus. Sed sunt alia priuilegia etiam ante Adrianum vt dicit Pater à Veracrucce in suo Compendio Indico, verbo Capitula Prouincialia virtute quorum possunt fratres etiam incontentiosis cognoscere: & patebit verbo Infidelium conuersio. vbi varix Pontificum